Lucas <de Padua>: Sermones super epistolas et evangelia
[Köln: Johann Koelhoff], 8. Febr. 1483 Seite 520



omnes.⁊ per omnia .⁊ in omnibus
nobis.qui eſt benedictus in ſecula ſe
culorum

Euangelium. Luce.xiiij

IN illo tempore cum intra
ret ihesus in domum cuiuſdam pri
cipis phariſeorum ſabbato mandu
care panem.⁊ ipſi obſeruabant eum.
Et ecce homo quidam ydropicus e
rat ante illum. Et reſpondens ihesꝰ
dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos di
cens. Si licet ſabbato curare. At illi
tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum
ſanauit eum ac dimiſit. Et reſpondēs
ad illos dixit. Cuius veſtrum aſinus
aut bos in puteum cadet ⁊ non con
tinuo extrahet illum die ſabbati. Et
non poterant ad hec reſpondere illi.
Dicebat autem ⁊ ad inuitatos para
bolā.intendens quomodo primos
accubitus eligerent dicens.ad illos.
Cum inuitatus fueris ad nuptias.ñ
diſcumbas ī primo loco.ne forte ho
noratior te ſit inuitatus ab eo.⁊ veni
ens his qui te ⁊ illum vocauit dicat
tibi. Da huic locum.⁊ tunc incipias
cum rubore nouiſſimū locum tene
re. Sed cum vocatus fueris. vade
recumbe in nouiſſimo loco. vt cum
venerit qui te inuitauit dicat tibi. A
mice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi
gloria coram ſimul diſcumbentibus.
Quia omnis qui ſe exaltat humilia
bitur.⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.

Dominica decimaſeptima.
Sermo centeſimuſſecundus

CUm intrarꝫ ihesus in
domū cuiuſdā pricipis phe
oꝝ ſabbato manducare pa
nem.⁊c. In officio preſentis domini
ce agitur de conſeruatione gracie
Unde agitur in epiſtola de conſtan
cia virtutum. In euangelio vero de
humilitate que omnes virtutes con
ſeruat. Et conſiſtit in duobus.ſ.in ab
iectione ſui.⁊ in abdicatione rerum
temporalium. Unde in prima parte
euangelij diſputat dominus contra
auariciam vt introducat illam partē
humilitatis que cōſiſtit in abdicatio
ne rerum. In ſcdā parte diſputat
contra ſuperbiam.vt introducat illā
partem humilitatis que conſiſtit in
abdicatione ſui.⁊ reſpondet ordina
tione congrua hec dominica precedē
ti dominice. Nam in illa dictum eſt
ꝙ dominus appinquauit ciuitati
In hac vero ꝙ intrauit domū. qđ
plus eſt tanꝙ familiaris ⁊ notꝰ. Ibi
ſuſcitauit defunctum. Hic curat ydro
picum.quia niſi prius anima ſuſcite
tur per graciam.impoſſibile eſt inor
dinatum appetitum ipſius in ſugge
ſtione rerum temporalium ſaturari
Prouerbiorum.xxx. Tria ſunt inſa
turabilia ⁊ quartum quod nunquā
dicit ſufficit. Infernus.i. diabolus.
qui nunꝙ ſaciatur deglutiendo pec
catores.⁊ os vulue.i.luxuria que nō
ſaciatur voluptatibus.⁊ terra.i. aua
ricia que nunꝙ ſaciatur aquis diui
ciarum.⁊ ignis.i.ambitio.cui nulla
dignitas ſufficit.qꝛ ſemper gradum
appetit altiorem.
Item in precedenti dominica.de
functus ſuſcitatus redditur matri

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0519
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG